DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

SOMNO;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, SS. T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JOANNES LLOYD MORGAN,

Cambro-Britannus.

Kalendis Augusti, horâ locoque solitis.

EDINBURGI:

EXCUDEBANT ABERNETHY & WALKER.

1818.

THOMAE GRAFTON, ARM.

HANC DISPUTATIONEM INAUGURALEM,

ANIMI GRATI

MONUMENTUM,

DEDICAT

AUCTOR.

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

SOMNO.

I. HISTORIA.

"Homo non semper valet ad sensum motumque voluntarium exercendum: utramque functionem oportet per intervalla feriari, ut vires musculorum nervorumque exercitatione exhaustae quiete et otio reficiantur *."

Somnus perfectus dicatur esse sensuum torpor, motuum voluntariorum cessatio. Hujus conditionis adventus praenunciatur quietis a-

* Vide Conspect. Med. Theor. Prof. Jacob. Gregory.

more furtim adrepente, motus certe nixus adversatione, perceptiones minus acutae fiunt, atque impulsu in sensus externos facto, cogitationes solitae et idoneae non sequuntur: Somnus tunc perfectus est.

Transitionem ultimam a vigilantia ad somnum momento fieri probabile est; nam sanissimi aliquando de subito somno corripiuntur; tamen, haec celeritas facilius explicatur, si transitum haud instanter, sed brevissimo intervallo fieri intelligamus.

Somno aliquamdiu obtinente, sensus olim aegre stimulis suscitandi, tandem istorum vim percipiunt; quidam sensus excitantur, atque homo ad seriem cogitationum his respondentem, adeoque vigilantiam reducitur.

Quo diuturnior fuerit somnus, eo facilius a stimulis, sive externis, sive internis fugatur: illius duratio plerumque ad tertiam totius diei partem, vel septem ex viginti et quatuor horarum: variat tamen variis hominibus, vel etiam iisdem, variis temporibus; praesertim aetate, consuetudine, corporis constitutione.

Sic pueri primos menses aetatis altissime dormiunt; his enim, ut omnibus, haud sine conatu quodam viriumque dispendio vigilatur, quae quidem cito oppressae fuissent, ni longa requietis intervalla redintegrari permittunt. Miram vim concoctionis ad hoc tempus adeo reficere tendit. Aetate progrediente somnus fit gradatim brevior et levior; neque satis naturae divinum consilium hic admirare possumus, quod hominem quietem in tenebris et tranquillitate noctis carpere destinavit, quum omnis fere nexus cum rebus externis jam recisus est, ideoque perpetuam illam cavit interruptionem, quam inevitabilem somnus interdiu passus esset.

Somnus, ut supra vidimus, consuetudine, aetate, et corporis habitu, mire regitur; vix autem minus temperamento proprio. Ab illo provenit omnes varietates institutionis humanae, quae mentem ipsam vehementer temperant, adeoque non quietem valde afficere non possunt.

II. DE CAUSIS.

Brevem hujusmodi somni historiam tradere conatus, quaedam de causis ejus diu confessae obscuritatis, proferre festinabo.

Causae quae somnum inducunt, directe vel oblique diminuendo excitationis facilitatem agunt. An igitur dici oportet, cor cum affectu corporis generali participare inter somnum; conclusio mihi quidem inevitabilis videtur, cum reputamus quam promptissime hoc organum omnibus depressionis causis obediat. Verisimile tum videtur, cordis irritabilitatem, antequam sómni status inducitur, minorem reddi quam homini fuit vigilanti: ideoque pulsuum numerum tempore quovis dato imminui: quod revera fieri quandocunque somnus perfectus est omnibus constat.

Eandem notionem haud dubii confirmatum iri ab argumentis quibusdam his subjiciendis

judico. Sumas, exempli gratia, frigoris in somno inducendo effectum. Immensa nec superabilis frigoris potestas ad somnum corpus pronum efficiens nemini ignota est, cui navigatio inclyti JAC. COOK, illustribus BANKSIS et SOLANDRO comitibus, perlecta fuit. Frigore adeo immani, ut hi egregii bene praeviderent periculum cui somno indulgentia ipsos objiceret, non erat nihilominus nisi maxima difficultate ut se vigilantes praestarent. Africus qui una adfuit infelix, de somno composuit, discubuit, nunquam surrecturus. Quo facto hic operatum est frigus ? Ut respondeatur, melius erit actionem ejus solitam ab experimentis Doctoris CURRIE deductam proponere.

Frigus corpori admotum, (nisi irritatio quaedam potentior adsit,) mobilitatem semper, nec dubii imminuit cordis actionem, et pulsuum frequentiam reducit. Somnus quoque frigidae per cutem affusae supervenit. Si tales igitur effectus sint frigoris modici, haud temere inferamus, ut, geometrarum sermone, frigoris effectus sint directa ratione intensionis suae et duratio-

nis: quod idem est, perpetua frigoris augmentatio eadem erit ratione qua mobilitatis diminutio, viriumque frequentiaeque actionis cordis reductio.

Causae ultimae somnum gignentes medicamina sunt, veluti opium, belladona, hyosciamus, lactuca virosa, humulus lupulus. Quando ex his copia idonea in ventriculum accipitur, vel etiam summae cuti admoveatur, tranquillitas animi insolita insequitur, somno demum desitura. Harum substantiarum operatio constat, mobilitatem, vim et frequentiam circuitus sanguinis imminuendo, itaque somnum inducendo.

Si ad res somno obstantes raptim revertamur, omnes facilitatem et capacitatem excitationis tam mentis quam corporis augere inveniuntur. Ita inter morbos, ubi cerebrum sub perpetua et violenta exercitatione conservatur, ob impetu sanguinis caput versus, somnus fugatur. Quum hic corporis status accedit, somnus exulat; atque his rite perpensis, nonne concludendum est, *mobilitatis* diminutionem,

roboris et frequentiae *pulsus* attenuationem, perpetuo ante *somnum inductum* adesse * ?

Quum nunc *unum*, ut spero, *gradum* investigationis progressus sum ; considerationem effectuum a mutatione supradicta aggrediar.

Vix necessarium est premonere, sanguinem in circulo suo per pulmones transeuntem chemicam subire mutationem, tam colore tam aliis suis proprietatibus ; adeo ut sanguis cum purpureus per pulmones transit, lacte rubens coccineus ab iisdem exeat. Sanguis venosus, qui notas suas distinguentes a copia carbonis constitutionem intrantis derivat, fit arteriosas a

* Haec opinio nonnihil confirmatur a consideratione illorum animalium quae hyemem torpore, hoc est somno, transeunt. Quaedam ex his (praecipue Mus Alpinus Germaniae) animalibus dissecta sunt, cor pulsare quidem, sed lentissime reperitur, vix ad quindecim ictus in temporis *minuto*, quamvis eadem animalia cor centum et quinquagenties eodem spatio pulsans habeant. Notandum quoque videtur, quod sub hoc somno hyemali capita infra corpora sua inflectantur, quin et pedibus semet suspendere dicuntur. Hunc statum frigore solo non induci potest, nisi Marmotta insuper omni cum aëre externo comeatu excludatur ; respiratio tum multum precavetur, ideoque mutatio sanguinis venosi in arteriosam non efficitur.

carbone suo inter respirandum sub forma acidi carbonici evoluto, nequaquam ab oxygenio sanguini adjecto quam olim credebatur *. Hinc sequitur, quo crebrius et profundius respiramus, eo perfectius sanguis carbone suo liberabitur, et vice versa. Nunc pulsum quinquies vel decem ictibus singulis minutis somni tardare videtur, pulsu solito 70 vel 75 eodem tempore invenietur, sanguis trecentis vel sexcentis vicibus in hora per pulmonem lentius transiisse, ideoque carbonem rapide in corpore cumulari necesse est, totaque sanguinis circulantis massa venosae indolis plus quam solebat, participabit. Quando sanguis minus arteriosus eodem tempore minus stimulans fiat, et effectum solummodo sedantem in cerebrum exerceri; enim excitatione consueta, (id est sanguinis arteriosi et vivificantis copia idonea) stimulo nimi-

* Ellis, Allen et Pepys, manifeste experimentis suis demonstrarunt, oxygenium nullum sanguini addi, vel colorem ei rubrum impertire. Oxygenium enim carboni sanguinis junctum, et in gas acidum carbonicum conversum evolvitur.

rum jam quadam ex parte cessante privatur, tunc somnus superinducitur.

Rationibus supra dictis jam admissis, sequitur,

1*mo*, Inter dormiendum sanguinem minore frequentia et velocitate circulare.

2*do*, Hinc sanguinem carbone suo multo minus efficaciter liberari, adque naturam sanguinis venosi magis accedere.

3*tio*, Hoc fluido *semiarterioso* per cor et cerebrum circulante, effectum sedantem exinde induci.

Quicquid vero propria sanguinis venosi in cerebrum actio sit, dictu difficillimum. BICHAT, quod ipsi placuerit, his verbis tradidit: "Nous pouvons nous assurer, je crois, que c'est réellement par la nature des principes qu'il contient que le *sang noir* qu'est incapable d'exciter l'action cerebrale, ou agit d'une maniere deletere; car je ne puis dire si c'est *negativement* ou *positivement* que s'exerce son influence *."

* Bichat Recherches de la Vie et de la Mort.

III. DE SOMNI PHAENOMENIS.

Paucae aut difficiliores sunt res, aut curiositatem vehementius attrahentes, quam investigatio conditionis qua animus inter somnum existit. Primo, quae facultatum operari perseverent; quae tunc suspendantur invenire: dein, quanto somnia sensibus corporeis affici videantur, quantumque eadem variant pro diversis corporis conditionibus, in morbo et sanitate. Postremo, quid sit id quod mentis nostrae somnientis imagines tam mire ab iis vigilantis diversas esse efficit reperire.

Cujusmodi sint *mutationes ultimae* tam cerebri quam generis nervosi, physiologia hodierna adeo imperfecta impossibile dictu est: res certe densa caligine obvoluta, quam tamen, ait clarissimus Dugaldus Stewart, confirmat ultra captum humani ingenii esse collocatum. De hac iisdem verbis utar Prof. Joannis Playfair, de

astronomia sublimi illa scientia agens: "About such ultimate attainments it were unwise to be sanguine, and unphilosophical to despair *."

DE SOMNIIS.

De somniis primo incipiendum, quae physiologos et metaphysicos semper multumque occupavit; ipsa enim rei obscuritate permota mens humana talibus investigationibus haud mediocriter delectatur.

"Quoique le sommeil," ait Richerandus, "suppose le repos parfait des organes des sensations et de mouvement, quelques-uns de ces organes peuvent persister dans leur activité, ce que establit les états intermediaires entre le sommeil et la veille, de veritables sensations mixtes, plus ou moins de l'un et de l'autre." Mihi verisimile admodum apparet, quod in his mediis

* Natural Philosophy, vide Outlines of, by John Playfair.

statibus solis est, ut somnia experiamur, atque hanc imaginum continuam perpetuamque seriem seu naturalem seu incongruam supponit.

Quoniam de facultatibus quae in somno agere continuant, imprimis inquirendum est, a *voluntate* initium sumimus.

Volitio * seu in hoc statu libertate perfectissima fruitur. Licet DARWIN prorsus suspendi pertinaciter contendit, Prof. STEWART nihilominus hujus opinionis fallaciam demonstravit, rationibus tam bonis re ipsa fundatis, ut rem melius quam ipsius verbis describere nequeam: "It appears," says he, "from the efforts we are conscious of making while in that state. We dream, for example, that we are in danger, and we attempt to call out for assistance; the attempt, indeed, is in general unsuccessful, and the sound we emit feeble and indistinct. In

* Per volitionem non intelligendam volo directam et promptam (nisi quoad ad *corpus* pertinet,) sed potestatem tantum nosmetipsos tali situ collocandi, qualem experti sumus, maxime favere his animi exercitationibus, quas in actum vocare cupimus. Voluntas igitur, dum vigilatur vel quiescitur, efficaciam tantummodo indirectam exercet.

like manner, during the course of an alarming dream, we are sometimes conscious of making an exertion to save ourselves by flight from an apprehended danger, but in spite of our efforts we continue in bed. In such cases we commonly dream that we are attempting to escape, but are prevented by some external obstacle. The fact seems to be, that the body at this time is not subject to the will *."

Quae de somno sequuntur satis accurate conperta esse videntur.

1. Somniare facultates animi simul existere et exerceri indicat.

2. In somniis quicquid se animo offert, id hunc simul seipsum existere persuadet. Haec persuasio, ut res imaginariae reapse existant, discrimen inter ideas imaginationis dormientibus, atque eandem speciem idearum vigilantibus constituit.

3. Facultas reminiscendi homines, res, et eventus, in somniendo continuat.

---

* Vide Philosophy of the Human Mind, tom. i.

4. Temporis ideam habemus, praeteriti, praesentis, et futuri in somniis.

5. Sensus et notiones in somno ex sensu, suggestione, et conjunctione semper adversus hominis dispositionem et conditionem respiciunt.

6. Morbus afficit multum, nec raro determinat somnii naturam. Hydropici de aqua fere somniant, et ii qui impetum sanguinis caput versus fortiorem patiuntur de sanguine, et aliis rebus rubidi coloris. RICHERAND dicit, "Ceux qui se trouvent troublés avec de cachexies pituitaires, songent d'objets du même couleur que celle de leurs humeurs."

7. Somnia nonnunquam perfecte naturalia sunt atque cogitationum series omnino similis ei verisimillimum est, quam vigilantes habuissemus. Saepe quoque abnormes et inconstantes videntur, atque hujus incongruitatis nonnunquam conscii fimus.

Haec opinio bene novi, differt ab eam quam plerique amplectuntur. Prof. STEWART dixit, "We have no power of employing our reason in comparing together the different parts of our

dreams, or even of exerting an act of recollection, in order to ascertain how far they are consistent and possible." Haec argumentis supra adductis nitentia firmissima mihi videbantur, donec paucas noctes postquam ea in animo voluntarem, somnium mihi accidit, cujus eventus, ni fallor, utramque propositionem evertunt.

8. Alia animalia praeter hominem somniare haud infrequenter observamus: maxime tamen irritabilia nimisque sentientia, ut canis, vel equus. Haec saepius quam ruminantia in somniis occupantur. Canis latrat, equus huinit inter quietem *.

* Hoc, etiamsi non aliis aeque speciosis argumentis confirmaretur, suspicionem animo vel per se induceret facultatem cogitandi animalibus existere: negare quidem primam propositionem evertit, viz. somniare, facultates animi simul existere et exerceri indicat. Hoc solum pacto rationem reddere valemus infinitorum sagacitatis exemplorum quae quotidie in animalibus observantur. Illis exemplis facultates evocantur plerumque simillimae naturae, sed omnino diversae in gradu ab iis quibus homo in statu rebusque circumstantibus similibus utitur: quales sunt, memoria, judicium, cogitationum consociatio, animi etiam affectus similes. Omnia animalia, perinde ac homo, notitiam magna ex parte ab experientia discunt; nequaquam, ut vulgo creditur, a quodam nec intelligendo instinctu. Non quo iste hoc omnino carere sup-

9. Somniantes ratiocinamur. Adversarius pereloquens Doctoris Darwin, Prof. T. Brown, ait: "We reason in dreams, we address harangues, and write whole pages with greater celerity than an author, in his happiest hours of inspiration, can connect as many sentences*." Cabanis exemplum hujus veritatem confirmans edidit: "J'ai connu un homme très sage et très eclaira (Franklin,) qui croyoit avoir été plusieurs fois instruit en songe de l'issue des affaires qu'il occupaient dans le moment. En effet l'esprit peut continuer ses recherches dans les songes, et peut être conduit par une certaine suite des raisonnements à des idées qu'il n'avait pas. Condillac m'a dit, qu'en travaillant à son cours d'études, il était souvent forcé de quitter pour dormir au travail dejà tant preparé mais incomplet, et qu'à son reveil il l'avait

---

ponam; inesse et actiones nonnullas rigere facile concedo, tam animali quam homini, licet minus nihil tamen intellectus habet, sed solum affectio animalis videtur perfectior, prout ratio deficiens animali necessarium reddiderit.

* Vide Observations on the Zoonomia. Prof. T. Brown.

trouvé plus d'un fois terminé dans sa tete *." Ratiocinationes tamen nostrae saepe nec accuratae nec connexae sunt; mihi apparet quod, etiamsi nonnunquam *secundum leges philosophandi* procedant, atque *generales*, ut in exemplo clarissimi CONDORCET, attamen, in longe plurimis exemplis inveniuntur non *generales* esse, sed rebus tantum vel factis *individuis* versari. Hoc praecipue vulgo hominum accidit, quorum facultates res singulares maxime contemplantur; quibus autem *generalium* consideratio tam vigilantibus quam dormientibus semper difficilis erit, nec ob aliam causam, (ut HUME bene notavit,) quam quod *generalis* est.

10. Cogitationis celeritas major inter somnum quam vigilantiam. Hoc attentionem hominum multum sibi attraxit, atque ingeniose rationem quorundam somniandi phaenomenôn, praesertim aestimationis parum accuratae temporis quam homo facit, reddere adductum est. Prof. STEWART, quamvis rem ita esse non negat, tamen du-

---

* Vide Rapports de Physique et du Moral, tom. ii, p. 509.

bitat, et hanc erroneam aestimationem aliter, suo more feliciter explicavit.

Quod ad rei ipsius veritatem, cogitationem nempe rapidiorem somniantis, duobus argumentis ut crederem adducar; primo, quod universe observatur; secundo, quod probabile admodum apparet. Namque, ut mihi videtur, nihil cogitationis celeritatem tam potenter tamque perpetuo cohibet, quam animi *attentio*, quae animum ad contemplationem numeri parvi idearum quasi defigit pro certo tempore, atque inter somnum attentio minus vehemens est, ideoque imagines majore celeritate mentem transcurrunt.

11. Imaginatio vivida est; conceptiones perquam distinctae in somniis; verisimillimum est, quia tali imaginum sensuumve successione, quali vigilantes occupari solemus: Non amplius interrupta impulsu omni externo in nigerrimis tenebris seclusa. Imaginatio omnibus impedimentis vacua, quaquaversum liberrime *vachata* vagatur *.

* Celeberrimus Bonnet notiones Peripateticorum amplexus, animam inter somnum imperio corporis solutam, vigore praeter solitum se exercere.

Variae diversis temporibus theoriae ad somnii rationem reddendam prolatae sunt clarissimis viris; quibus nomina ARISTOTELES, HOBBES, BAXTER, HALLER, CULLEN, BONNET, CABANIS et STEWART adnumerantur. Post omnia, confitendum est, proximam ad veritatem accessionem, hic nihil nisi probabilem conjecturam existere.

LOCKE, in capite " Of Ideas in general and their original," demonstravit illas omnes a sensu et reflectione: " Our observation, employed either about external sensible objects, or about the internal operations of our minds, perceived and reflected on by ourselves, is that which supplies our understandings with all the materials of thinking: these, too, are the fountains of knowledge, from whence all the ideas we have, or naturally can have, do spring *." Haec operatio perpetuo inter vigilantium pergit, et certe aliquando inter somnum.

---

* Vide Locke's Essay on the Understanding, tom. i, lib. ii, cap. 1.

Somniis rite perpensis, nullam eorum causam ego principiarum praeter *sensus corporeos* invenio; qui dormienti perinde ac vigilanti aliquam imaginem imprimis excitant. Haec ex *lege consociandi universa*, alia aliasque suggerit, ideoque series cogitationum involuntarium semel invicem ordine sequitur, species somnia dicta constituentes. Huic fortasse objiciatur, quod si haec revera accideret, somnia regularia et naturalia esse debent, quum nihil magis incongruum esse potest, quam haec aliquando observantur. Rem saepe ita se habere, nemo inficias iret; sed memoria non excidere debet somnia saepissime prorsus naturalia existere: verisimile quidem est cogitationem cogitationi succedere somniantibus, eodem ipsissimo ordine quo vigilantibus successuri essent: solum quidem discrimen, quantum ipse video, inter plurimas nostrum vigilantium imaginum series et dormientium est *credulitas*, qua, ideis proli imaginationis fidimus, licet a sensibus externis sopitis, certe partim quiete obrutis provenienti, qui, sensus imagines cum rebus vere

externis comparando, fucum detexissent et correxissent *.

Quando ad animi operationem associationem dictam probe attendatur, cito enim videbimus quam tenuis sensus bene longae et momentosae cogitationum seriei, ortum praebere soleat: sensus quoque, qui tam levem connexum, cum ea manifestum habet, ut ni animus quasisset, nunquam pro causa primaria excitante suspecta esset.

Sed somnia non semper naturalia sibique consistentia sunt: aliquando ex notionibus valde incongruentibus componuntur. Huic difficultati satisfacere haud leve est, sed, ut spero, non laborem impossibilem esse ostendam. His perinde ac in somniis naturalibus ac regularibus,

* Sensuum unus, aliis non adjutus, motiones haudquaquam accuratas nobis saepe ministrat, quae tamen pro veris habentur, donec error palam factus sit. Sic globulus unus sub duobus digitis decussatis volutans, sensum duorum globorum praestat nobis etiam vigilantibus; atque visus solummodo tactus fallaciam docebit. Hinc judices quo in modo sensus inter somnum fallaces aborti animum afficerent, quum unus aliorum sensuum auxilio ad aliorum errores corrigendos omnino privamur.

sensus corporei causae excitantes sunt; sed in hoc genere somniorum numerosiores esse judico, orientes probabile est a physica quadam corporis perturbatione. Nam hic notandum est, somnia hujus generis vix ac ne vix quidem occurrere, nisi morbiculo quodam substante, hunc ad modum excitari videntur *.

Causa quaedam in unum ex sensibus operata est, perceptionemque aliquam excitavit: atque *idea* huic perceptioni respondens necessario exoritur, atque haec per consociationem, *aliam* excitavit. Ponatur nunc dum opera procedit, aliam sensationem orire a sensu diverso, simulque notionem sibi respondentem excitare; atque interea, *tertiam*, *quartam* pluresve perceptiones exoriri, congeries cogitationum perplexa; alia aliam rapida successione insequente, animo afferentur eoque percipientur. His super memoria et imaginatio operantur, atque imagines

* Sensationes derivantur, non tantum a sensibus externis, sed a visceribus quoque, praesertim ventriculo. Corde cerebro, à respiratione difficili, concoctioni obstructa, quae saepe determinant, atque semper afficiunt somnii characteram.

vel creant vel olim forsan die histerna perceptas revocant. Animi facultates agunt, exque his varie consociatis et conjunctis fabulam satis incongruentam conflant; quae animo representata pro vera habetur, atque affectus, gaudium, moestitiam, consternationem, prout ipsius natura sit, inducet.

Perceptiones corporeae, primo intuitu, causa idonea longae cogitationum seriei animo aborientis, somniaque construentis vix apparebunt. Nihilominus, utcunque mirum videatur, rem ita se habere, a factis insequentibus demonstratum judico. Prof. GREGORY narrat, quod aegrotans quondam utrem aqua calida implendam abscondi lecto jusserat; nocturna jactatione huic frequenter pedes attigerint; quo non obstante quiete occupatus: somniavit se Vesuvium ascendere, quem olim peregrinatus inviserat; plantas intolerabili calore hujus montis ardentis exuri sensit. Hic manifestum est, vas aqua calida impletum causam extitisse, cur de Vesuvio somniaret. Nam primus contactus notionem caloris subministravit, atque cum pe-

dibus sentiretur cum aestuante humo Vesuvii (quem expertus fuit) consociatus est. Res haud absimilis Professori ROBINSON defuncto accidit; judicio militari cuidam adesse per quietem videbatur, ubi reus convictus ictu sclopetii multari vita damnatus est: momento expergiscitur, et ostium cubiculi forte non clausum, sed venti vehementia huc et illuc super cardine, nec multo sine frangore, postes flagellabat. Huic solo sensui cogitationes omnes has singulares attribuit. SMELLIE quoque narravit exemplum hanc opinionem corroborans. Post partem somnii ejus de ultimo mundi judicio primam adjicit: "A new scene instantly appeared. I saw the dead rising in myriads all around me; I particularly remarked that in the Greyfriars Church-yard hundreds of both sexes. The day was so cold, that the terrified expectants of doom were all shivering. Another phenomenon solicited my attention. I saw immense numbers of leaden pipes filled with cold water; another trumpet sounded, and the angel proclaimed, that the damned were to have their

limbs eternally immersed in these water-pipes. Terrified and half petrified with this frigifying idea, I awoke. Upon examination, I found my limbs had been uncovered, and were excessively cold." Tales sunt imaginum series, quae a simplice perceptione, causa undeque idonea ad somniam quodvis excitandum, proveniant.

SOMNAMBULATIO.

Alia res est aliquando in somno exhibita, nimirum Somnambulatio. Somnambulantes lecto desilire, vestiri, cogniti sunt; solitis etiam occupationibus versari, fores aperire et claudere, adstantibus colloqui, lectum demum petere, nec experrecti quidquam rerum praeteractarum meminisse; nec suaderi potuerint se totum efficisse, cum ii qui mane vidissent rem, ut fuisset ei narraverunt.

Verisimile videtur ambulatores hujusmodi praecipue ex prioribus impressionibus procedere, et licet aliqui eorum sensuum usque pateant, nihilominus nullum ab his accipiunt monitum.

Quod nonnunquam verum sit historia clarissimo MONBODDO narrata demonstrabit *.

De his, quae de somnambulatoribus colligere potui factis, adductus sum ut eventus singulares qui tum accidunt ex perceptione notionibusque mentem in somno occupantibus proveniant, et insomnium constituunt.

Somnambulatio, igitur, nihil est, ni fallor, quam somniator qui facultatibus visus, sermonis, et ambulationis fruatur: specimen subsequens hanc sententiam valide firmat: " I went into her apartment," ait SMELLIE, " where I found her surrounded by several persons. Her fellow-servants persuaded her to sit down. I took my seat by her. We began to converse; she answered any questions that were put to her pretty distinctly, but always mistook the person who spoke for another, which gave me an opportunity of assuming any character within her acquaintance. I knew that one of the farmer's servants (JOHN PORTEOUS) was a lover of hers.

* Vide Ancient Metaphysics.

I therefore addressed her as I supposed John might sometimes have done. From that time she began to upbraid me with the severest breaches of promise to marry her, and desired me, in the most peremptory manner, never to speak to her again on that subject: The conversation was accordingly changed. I talked of her mistress, who was in the room, because I knew they had occasional quarrels. (Till now I suspected the whole was a trick, but for what purpose I could not discover.) Sarah, however, abused her mistress in the harshest terms. As Mrs B——— was present, I began to doubt any preconcerted notion of imposture; I examined her countenance; her eyes were open, wild and staring, but not absolutely fixed. I repeatedly pricked her arm with a pin, but not a muscle moved. At last she became impatient to get out, and made several attempts to escape by the door, but was prevented by the domestics. Perceiving her inability to force the door, she made a sudden spring at the window, and endeavoured to throw herself out, which would

have been fatal to her. To remove all suspicions of imposture, I desired the people, with proper precautions to prevent harm, to try if she would precipitate herself from the window. A seemingly free access was left for her escape, which she perceived, and instantly darted, with such force and agility, that more than one-half of her body was projected before we were aware. They laid hold of her, however, and prevented the fatal catastrophe. She was again prevailed on, with much reluctance, to sit down. She soon assumed her former calmness, and freely answered such questions as were put to her. This scene continued for more than an hour. I was convinced, notwithstanding my original impression, that the woman was not actuated by any design to deceive. She was then awakened by squeezing the bones of her wrist and calling out her name SARAH. She awoke after this, and looked amazed at seeing so many persons in her apartment. She was asked the cause of her violent agitation; she replied, she had been dream-

ing that she was pursued by a furious bull, who was every moment on the point of goring her*."

Verum enimvero somnambulatores, etiamsi veras habeant perceptiones per mentem transientes, nihilominus una quadam singulari, et sola ni multum fallor notionum catena occupantur; quae series voluntatis imperio omnino absolvitur, mentem detinet atque afficit, modo haud dissimile perceptionibus veris et consuetis: quinimo hujusmodi aliquid ipsae perpeti mihi visus sum.

INCUBUS.

Conditio alia et peculiaris compaginis humanae dum dormitur, Incubus appellatur. Hoc statu cogitamus, perceptionum dolentium conscii sumus, ut et impotentiae nostrae nosmet liberandi, quasi nervi omnes paralysi resolverentur. Ab hoc equidem potestatis defectu, cum aliis causis mentem agitantibus juncto, atque horrificis animi terroribus, peculiaritas hujus con-

* Vide Smellie's Philosophy.

ditionis omnino pendet. Incubus nonnunquam in sanis occurrit, quum materiae aegre concoquendae ventriculo manent ; sed habitus corporis idoneus primo inducendus est, antequam homo huic morbo obnoxius redditur. Haec corporis conditio morbida praecipue invenitur, veluti dyspepticis, hypochondriasis, hydrothoracicis. Hujus molesti hospitis adventus (utcunque alii credunt) multum adjuvatur decubitu in latus dextrum ; hoc ita esse et ipse inveni, quoties in latus illud noctu decumberem, etiam per menses aliquot cum prava concoctione laborarem. Hic molestissimus affectus, verisimile est, ab aliqua generis vasculosi mutatione oritur ; aër ille luridus cruditate evolutus ventriculum primum afficiens, postea per consensum actionem cordis intermittere cogat. Symptomata ab aliquo affectu peculiari diaphragmatis vel cordis pendent; vel ab aliquo septum transversum premente, inspirationem itaque impediente. Hoc in affectionibus hydropicis, veluti hydrothorace et ascite, occurrit, humore in pectore et abdomine colligente, etiam

ab compressione in aliquas ex magnis viscerum nervis oriente: plerumque hae omnes causae transitum sanguinis per pulmones impediendo agunt. Hic morbus frequenter inter homines accidit, cruditate cum ventriculi acore laborantes, et antacidis sublevatur, scilicet grana circa viginti subcarbonatis potassae, vel carbonatis ammoniae, ex aqua vel cerevisia, atque hora somni devorata, multum prodessent. Sanatio tamen ab exercitatione sub divo aliisque remediis dyspepsiae accommodatis petenda erit.

Diversas hujus tentaminis recensendo, plurimorum quibus scatet peccatorum probe conscius fio. Scriptoris enim inscitia, testimoniorum, factorumque inopia, reique ipsius aegre penetrabilis obscuritas, haec innumera efficerunt; sed inter tot nubes errorum, si quid lucis in materiam investigationis conjiceremus, mihimet ut felici nihilominus gratulabor. Quasdam opiniones periclitari adductus sum, quae nonnullis nos adhuc somniare persuadeant: et facta paucula, et historias quas theoria (hic tradita) non

perfecte explicat; sed, ut ait Prof. STEWART, "In all our inquiries it is of consequence to remember, that when we have arrived at a general principle by a careful induction, we are not entitled to reject it because we may find ourselves unable to explain from it synthetically all the phenomena in which it is concerned. The Newtonian theory of the tides is not the less certain, that some apparent exceptions occur to it, (of which it is not easy, in consequence of our imperfect knowledge of the circumstances by which, in particular cases, the effect is modified,) to give a satisfactory explanation *."

---

* Vid. Phil. Human Mind, Not. O. tom. i. edit. 2.

FINIS.